

Reuerendissimi  
pi Cōcordien. Or  
tri in funere fe-re.  
cetu Reuerendissi  
die. xxviii. mensi

Rursus ad hoc  
lucuerā: arefcente  
repēte quodāmo  
pium a me conter  
re: ne ingritudin  
mū dilexit: nec m  
inter hoies esse de  
dicendi faciam n  
bet: q̄ uel laudatio  
erit queſo tam fer  
mī: qui nō potius  
mus pontifex Inn  
reliquit nos ponti  
tegerimus. Desti  
ne humano recto  
oculis meis fōnter  
tanti pontificis ur  
filii Israel defunct  
fleuere: quis utriq̄  
no. Huic ad reger  
pontificatum Elea  
bis: nō tam ob de  
latus in requiem  
miseram uicem n  
stant: iminet quot  
Thurcoꝝ ferocita  
cos fratres furibur  
lant ubiq̄ aduersu

00

01

02

03

04

05

06

07

08

09

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

119

62  
119  
Reuerendissimi in Christo patris dñi Leonelli Episco-  
pi Cōcordien. Oratio: habita Romę in ecclesia sancti Pe-  
tri in funere fe-re. domini Innocētii pape. viii. corā sacro  
cetu Reuerendissimoꝝ dñoꝝ Cardinalium & tota curia  
die. xxviii. mensis Iulii. Mcccc. xcii. Aplica sede uacāte.

Rursus ad hoc stadium dicendi: a quo iam dudū de-  
sueuerā: arescente/ si qua unq̄ in me fuit/ orationis uena:  
repēte quodāmodo reuocor patres amplissimi. Nec tam-  
pium a me contenditibus officium audeo contradice-  
re: ne ingratitude erga principem meum: qui me pluri-  
mū dilexit: nec minus ut palam est ornauit: etiam postq̄  
inter hoīes esse desit accuset. Sed unde prę dolore initiū  
dicendi faciam nō satis constituo: flere tamen magis li-  
bet: q̄ uel laudationem: uel consolationem attingere. Quis  
erit queso tam ferreus: quis tam saxeus patres amplissi-  
mi: qui nō potius ubertim effundatur in lachrymas: Sū-  
mus pontifex Innocentius Octauus discessit a nobis. de-  
reliquit nos pontifex mansuetissimus: prudentissimus: in-  
tegerimus. Destituta est ecclesia magno in rerum turbi-  
ne humano rectore. Quis dabit capiti meo aquam: aut  
oculis meis fontem lachrymarum: & cōmunem amissi  
tantī pontificis una uobiscum calamitatem plorabo: Sic  
filii Israel defunctos Aaron & Moysen. xxx. diebus de-  
fleuerunt: quibus utriq̄ successor iā designatus esset a domi-  
no. Huic ad regendum populum Iosue: illi ad obeundū  
pontificatum Eleazarus. At q̄to magis lugendum est no-  
bis: nō tam ob dormientis pontificis: qui tranquillā trā-  
latus in requiem nos ancipiti in certamine dereliquit: q̄  
miseram uicem nostram: quos undiq̄ tot mala circum-  
stant: iminet quotidie xp̄ianis ceruicibus immanissima  
Thurcoꝝ ferocitas: Sequit adhuc cum potest in catholi-  
cos fratres furibunda & armata Hussitarū perfidia: pullu-  
lant ubiq̄ aduersus orthodoxā fidem nefandissimi erro-

res. Crescit indies magis petuicax in sacrosanctā Roma  
nam ecclesiam uniuersalis ecclesie matricem radicemq;  
contumacia. Viget ingēs tam in clero q̄ in populo luxus  
Quassatum est intestinis dissidiis beati Petri apostolorū  
principis patrimoniū: eminentiores xp̄iani nominis pn/  
cipes ardentissimis odiis in mutuum nisi celeriter occur  
ratur: armatur excidium. Turbatus est ager Romanus:  
Vrbs ipsa quotidie cēdibus & rapinis quorundā temeri/  
tate cupiditateq; fedat. Tanta deniq; (ut Hieremie uer/  
bis utar) super contritione uocata est cōtritio: ut ad ipsa;  
matrem nostram ecclesiam conuersi cum eodem Hiere  
mia merito lamentari ualeamus: Filia Syon magna est  
uelut mare cōtritio tua quis medebitur tui? Sumus enim  
adhuc incerti quem elegerit dñs Innocētū locum & apo  
stolatū accipere: qui tot tantaq; ingruentia pericula nō  
secus repellere q̄ nubes sol oriens ualeat dissipare. Sed ui  
deamus qualem pontificem amiserimus: ut uel succincta  
eximiarū eius laudum enumeratione acerbissimo leue/  
mur dolore: uel uota nostra nō inferiorem habendi suc  
cessore; Saluatori nostro pandamus. Patria ortus Genua  
Ligurum metropoli terra mariq; potentissima: cuius am  
plitudinem ad claritatem consequendam nō parum cō/  
ferre Themistocles apud Platonem obiicienti sibi Athe/  
nas Seriphio non diffitetur: Familia Ciborū uetusta no  
bilitate apud Neapolitanos quoq; sub tomacellorum co  
gnomine insigni. Ex qua & Romanus Pontifex Bonifa  
cius eius nominis nonus: & cardinales & episcopi cōplu  
res tanq̄ ex equo Troiano prodire: parētibus honestissi  
mis. Ex bonis enim (ut idem Plato ait) boni nascunt. Et  
bona arbor (ut Saluator noster astipulat) bonos fructus  
producit. Aronius siquidem pater equestris ordinis uir  
probatissimus: & in regenda Neapoli & in Prętura urba  
na quem nunc Senatū appellant administranda mirifice  
claruit. Liberalibus q̄primū per etatem licuit a parētibus

traditus disciplinis ad eruditionem magis q̄ ostentatio-  
 nem profecit. Initiatus ecclesiasticis sacris Romā ueniēs  
 in clientelam Philippi Cardinalis Bononiensis Nicolai  
 Quinti primę sedis antistitis germani se cōtulit: qui eius  
 uirtuti tantum tribuit ut ipsius fidei ac diligentię proprii  
 corporis ac rerū suarum curā crediderit: & per oēs eum  
 gradus ad ep̄atum ulq; prouexerit. Quo in statu tantam  
 omnium suauissimis moribus beniuolentiam sibi conci-  
 liauit ut assumptus ad supremam cathedram Sixtus eius  
 nominis quartus: quem prius ob eius ingenii amenita-  
 tem dexteritatem atq; modestiam maiorem in modum  
 dilexerat: in domesticū & datarium: quod est ut nostis  
 non parue existimationis officium asciuit. In quo ita se  
 industriū: fidū: uigilantem & integrum gessit: ut cre-  
 scente indies magis magisq; ipsius apud Sixtum gratia  
 & auctoritate non solum ex Saonen. ecclesia ad Melfu-  
 cten. translatus: uerū etiam secundis Cardinalium crean-  
 dorū comitiis in amplissimū ordinem uestrum sum-  
 mo omnium cōsensu: nec minori gratulatione fuerit co-  
 aptatus. Hic mihi in tanta non uulgarium laudum oc-  
 currentium copia immorandum foret prestantissimi pa-  
 tres ut eas si non exornarem. at saltem aliqua ex parte re-  
 censerem: sed tam stricta temporis angustia premor: ut  
 unica probataq; sententia illas ante oculos uestros pone-  
 re statuerim. Neq; enim ut ait ille quisq; aliqñ ad summā  
 rerum puenit: qui nō prima etate gradibus uirtutis ascen-  
 derit. Expectatis forte patres amplissimi ut qualē se Car-  
 dinalem habuerit edisseram: sed id ego supuacaneū pu-  
 to: ipsi audistis: ipsi uidistis q̄ crebro quod est optimi Se-  
 natoris in Senatum uentitabat: q̄ graues: q̄ liberas: q̄ oportu-  
 nas de rebus magnis & arduis sententias dicebat. Ade-  
 rat assiduus publicis solennitatibus rei diuinę & præter  
 suam quam promptissime obibat. Aliorum quoque  
 desidentium uicem hilari & deuota mente supplebat.

Alebat præterea uir ditissime paupertatis multam bone/  
stamq; familiam tanta moderatione : ut in recta priuate  
domus gubernatiõe iuxta scitam diuī Apostoli traditio  
nem optimū se uniuersalis ecclesię rectorem futurū de/  
monstrarit. Præbuit tñ prius maius de se specimen probi  
tatis. Demandatam siquidem turbulentissima pestilentie  
tempelate legationem Romanā Sixto maximo ponti/  
fice cum tota curia Urbem Romā deserente: sancte inte/  
gre ac etiam pacatissime administrauit. Senensem quoq;  
difficillimis sane temporibus tanta prudentia & magna  
nimitate gessit: ut ex ea splendidissimam laudem repor/  
tauit. Designatus est deinde in Germaniam legatus: cum  
in cunctis ad ecclesię dignitatem: prosperitatemq; spectā  
tibus se obsequentissimū omni labore postposito sum/  
mo Pontifici exhiberet. Sed uisum est postea Sixto per  
inferiorē minore incōmodo rem peragi posse. Hęc sum  
matim per capita percurro patres amplissimi: nec deco/  
ro sermone singula narro. cū quia uobis notissima sunt.  
tum qa nolo uos diutius detinere : ut cōmodius his que  
in tanta ecclesię necessitate in horas accidūt p̄spicere ua  
leatis. Quare ad pontificatum festinat oratio : quo se tot  
tantisq; meritis dignū reddidisse iudicatis: ad quem uos  
ipsum propenso studio diuine prouidentie ministri una  
nimitur euexistis. Cuius si in xp̄i uicariatu recte admini  
strādo imensa preconia exacte pergā referare: haud eq  
dem obseruare propositę breuitatis institutū: & eius uite  
historiā potius texere: q̄ epitaphium dicere uiderer. Cu  
perem nihilominus uehementissime singularem & inau  
ditā: atq; ipsi innatā humilitatē: que nō minus in eo iam  
pontifice q̄ in omni antea uita excellēter emicuit ido  
neis exprimere uerbis: cum nihil (ut magnus Gregorius  
est auctor) in pontificali ceruice splēdidius fulgeat: q̄ hu  
militas. Vidimus ipsum: quod sane rarissimū est: eadē se  
in pontificatu aduētes humanitate: affabilitate: ac beni/

121

gnitate suscipere: qua & ep̄us & Cardinalis antea cōsue/  
uerat: ut idem semper: seruato tamen decoro fuisse uide/  
retur: nec imutati in eo mores: sed aucta tantum dignitas  
cognosceretur. Quanta uero sermonis dulcedine & ele/  
gantia: q̄ta perspicacia atq; memoria: q̄ aptis rationibus  
& postulata colligeret: & petentibus responderet nemo  
unq̄ sine admiratione potuit audire. obseruabat illud qd̄  
est principis proprium: ut siue concedendo: siue negādo  
neminem a se tristem dimitteret. Quis aut̄ tanta facun/  
dia p̄ditus: qui magnificas ac salutare ipsius de Repu/  
blica cogitationes apposito ualeat explicare sermone?  
Oem curā mentemq; ac diligētiā ad subditoꝝ cōmo/  
da: ad tuendā dignitatē ecclie: & ecōtra ipsaꝝ rebelliones  
delendas: ac religionem: habito iam maximis laboribus  
zizimo sultano propagandam conuerterat. Quibus in  
rebus cum mea q̄tulacumq; sit opera sicut nostis uti uo/  
luerit: multa mihi de his sepe numero illum sapiētissime  
loquentem audiuisse nequeo reticere. Constātissimus iu/  
stitie cultor: pacis studiosissimus amator: & exuberātis  
annonę uigilantissimus ordinator: sedatis honorifice si/  
bi ingruentibus bellis: peculiāres ecclie populos: & Ro/  
manos imprimis q̄felicissimos exoptauit. Exultauit sum/  
mopere cum ad maiores dignitates uiros extulit erudi/  
tos & probos. Erat enim ipsi uera insita bonitas que illū  
ad quascunq; optimas actiones propensissimū super om/  
nia reddebat. Fuit propterea in pauperes misericors: affli/  
ctorum non minus consolator: q̄ principum susceptor li/  
beralis: & dei ac sanctorū eius piissimus uenerator. Pon/  
tificale palatium miro sumptuosissimoq; opere exorna/  
uit amplificauitq;: & multiplici preciosissimaq; supelle/  
ctile tā diuinis q̄ domesticis usibus ap̄a largissime deco/  
rauit. Visitatus a dño pluribus lōgicq; morbis: quos patie/  
tissime tolerauit: multa sancta & utilia cogitata p̄ficere ne/  
quiuit. Adueniente demū diuine uocatois hora sumptis

ex ritu Christiano deuotissimo animo salutariibus sacra-  
mentis intrepide adeo spiritum reddidit creatori: ut secu-  
rus de inmarcessibili gloria uideretur (sicut erat) celestem  
uitam cum morte commutare. Ecce qualem quantumque pon-  
tificem amissimus patres amplissimi. Ideo planctus ma-  
gnus est in ecclesia: quam uos facile consolari poteritis: si  
proprio affectu: si ambitu: si impressione (ut speramus)  
eliminatis diuine cooperatores uoluntatis: nil nisi de san-  
ctimonia doctrina & reze peritia fulgente pontifice deli-  
gendo cogitaueritis. Sunt enim totius ecclesie in uos oculi  
coniecti patres optimi. Date illi pontificem: qui solo boni  
nominis odore cunctos post se fideles populos ad salute  
trahere queat. Sicut enim (ut est in legibus Ciceronis) cu-  
piditatibus principum & uitiis solet infici tota ciuitas. Sic  
emendari & corripit continentia: Nam qualiscumque mutatio  
morum in principibus extiterit: eadem & in populo se-  
quetur. Planeque uerissimum est illud: Principes plus exem-  
plo quam peccato nocere. Optimus itaque constituendus est  
princeps: quem facile cognoscetis: si Platonem audiuerit-  
tis: qui eum deligendum putat: qui singulis semper etati-  
bus probatus fuit: & immaculatum se prestitit: ac perseue-  
ranter id agere studuit quod reip. conducere arbitaret:  
aliter quasi ex diuino oraculo censet reip. peritura. Ea-  
dem ferme sententia uos instruit beatissimus Leo ponti-  
fex: ut illum eligatis: cuius omnis etas a puerilibus exor-  
diis usque ad perfectiores annos per discipline stipendia  
ecclesiastice cucurrerit: cuique testimonium prebeat prior  
uita: quia non potest de eius prouectione dubitari: cui pro  
laboribus multis: pro moribus castis: pro actionibus stre-  
nuis celsioris loci premium debetur. Exhorreatis terribilem  
illam domini uocem patres amplissimi: ne unquam de uobis  
exclamet. Fecerunt sibi Regem & non per me: principem  
& non per consilium meum. Consilium autem domini  
est (si Hieronymo credimus) ut qui prestantior est ex

omnibus. qui doctior. qui sanctior. qui in omni uirtute eminentior. Ille pure sincereque sine ambitu ad summum sacerdotium eligatur. Recordamini ( ut reliqua pretermittam ) quod Abimelech qui Israelitici populi principatum ambiuit & modico tempore turbulentissime imperauit. & turpi tandem cede uitam finiuit. Infigite cordibus uestris: ut breui clausula uniuersa comprehendam. Et exequimini sacros Canones uobis notissimos de Romani pontificis & aliorum presulum electione conscriptos. Et iterum sub expectato successore nouo proculdubio florabit ecclesia prestante domino nostro Iesu Christo qui est benedictus in secula seculorum Amen.

omnibus. qui doctor. qui doctor. qui in anno natus  
eminentior. Ille pure iudicet sine arbitrio ad iudicium  
lactationem eligatur. Rectoriam in (in rebus p[ro]p[ri]is  
tantum) p[er] Abbatem qui lib[er]ali populi p[ro]p[ri]am  
ambit & modico tempore in d[omi]n[u]m p[ro]p[ri]am  
& curi tandem cede n[on]t. In fine cordis n[on]  
f[er]it in p[ro]p[ri]a clau[er]ia uniu[er]sa conp[ro]p[ri]am. Et ex  
quanti factos. Canonos nobis n[on]t. In fine  
p[ro]p[ri]a & aliorum p[ro]p[ri]am electione conp[ro]p[ri]am. Et  
n[on]t sub expectato lactore n[on]t p[ro]p[ri]am si o  
r[ati]o eccl[esi]e p[ro]p[ri]am. In fine n[on]t. In fine  
et p[ro]p[ri]am in seculis seculorum. Amen.

no  
dno  
na  
F  
cul  
et  
qu  
ti  
tu  
gr  
qu  
uo  
no  
qu  
cle  
lib  
a  
lig  
m  
m  
cu  
ti  
Q  
b  
d  
tr  
ri  
a  
t  
in  
E  
n  
f  
P